



Q·SEPTIMI FLOREN

T I S T E R T V L L I A N I, D E
F V G A I N P E R S E C V
T I O N E L I B E R.



V A E S I S T I proxime Fabi fratē fugiendū nec ne sit in persecutione, quod nescio quid annuncietur. Ibidem ego oblocutus aliquid pro loco ac tēpore & quarundam personarum importunitate, semitractatam materiam abstuli mecum, plenius eam de stilo nunc renunciaturus, utpote quam ei tua consultatio cōmendarat, & conditio temporū suo iam nomine iniunxerat. Quāto enim frequentiores imminet persecutiones, tanto examinatio procuranda est, quomodo eas excipere fides debeat. Procuranda autem examinatio penes suos, si forte paracetum nō recipiendo deductorem omnis ueritatis, merito adhuc etiam alijs quæstionibus obnixa estis. Igitur consultationi tuæ ordinē quoque induimus, animaduertētes ante determinari oportere de statu ipsius persecutionis, utrum à deo obuēniat an à diabolo, quo facilius de obitu eius cōstare possit. Omnis enim rei inspectio, autore cognito planior. Satis est quidem perscribere nihil fieri sine dei uoluntate. sed non statim hac sententia cæteris retractauimus. Locum dabimus ne à præsentī articulo auocemur. si qui responderit ergo & malum à deo & delictum à deo, nihil iam in diabolo, nihil etiam in nobis ipsis: De persecutione nunc quæritur. Circa hanc interim dixerim, nihil fieri, sine dei uoluntate, respiciēs eam in primis dignam deo esse, & ut (ita dixerim) necessariam approbationem scilicet seruorum eius, siue reprobationem. Quis est enim exitus persecutionis? quis effectus alius, nisi probatio & reprobatio fidei? qua suos utiq; dominus examinauit. Hoc nomen iudicium est persecutio per quam quis aut probatus aut reprobatus iudicatur. Porro iudicium soli deo competit. Hæc pala illa quæ & nunc dominicam arcam purgat, ecclesiam scilicet, confusum aceruum fidelium euentilans, & discernens frumentum maturum & paleas negatorum. Hæ etiam scalæ quas somniat Iacob, alijs ascensum in superiora, alijs descensum ad inferiora demonstrantes. Sic & agonem intellegi capit persecutionem. A quo certamen dicitur, nisi à quo corona & præmia proponuntur: legis edictum agonis istius in Apocalypsi, quibus præmijs ad uictoriam in-

Paracletus
Montani.
Fort. obnoxij estis.

iudicium.

Fort. frumētū mar-
tyrum & pal.

S 3 uitet